tio:& minus indagabilis:niſi deo ſpirāte qui oibus æqualiter ut conuenit ſpirat de qua gratia ſpiritus affluentis hūere primi ſciētiarum inuentores:& ꝑcipue aſtronomiæ. Seth filius adam & filii eius:qui ſcripſerunt eā in lapidibus poſt.cc.xxx. annos a creatione Adæ certe ab ipſo patre edocti ſapiētiſſimo ante dilu uiū:& poſt Noe Iafet ionitus enoch habrahā:ut tradūt iſtoriæ ne tā nobile ſecretum in natura incognitū remaneret: homini bus illud ſapiētia increata patefecit. F. Si ergo motus cœli cauſa ſunt oium quæ eueniunt:intellectiones ſunt motus: qui eueniūt:ergo ſunt cauſa ēt intellectionū. Aſtro. Tactum ē ſupra:oſtendā & nunc qualiter intellectus poſſibilis ſiue aia no ſtra moueat̃ a corporibus celeſtibus:quoniam ſine fantaſmate non pōt intelligere anima:ut habet̃ ex tertio de aia. fantaſmata autē ſurgunt ex ſenſibus:quæ ſine corpe eſſe non poſſunt:ideo anima hoīs non pōt intelligere ſubſtantias ſeparatas omnino a materia quia illarū nulla ſunt fantaſmata:ſenſus autē mouen tur a corporibus celeſtibus:ergo ex cōſequenti anima mouet̃ a corporibus celeſtibus. F. habeo:reſponde:ꝑoſtq̄ ſacris lr̄is credis:ſuppono creationem reꝝ:ut moyſes ſcribit:& arguo ſic: cuicunqꝫ competit aliqua operatō ſecundum naturam:illi ſunt attributa a natura omnia illa:ſine quibus illa operatio cōpleri non poteſt:ſed terre data eſt operatio & uirtus herbā uirentem germinandi producēdi fructus & alia omnia ante creationem ſolis & lune & ſtellaꝝ:ergo terre data ſunt oia illa ſine quibus a natura illa conplere non poterat:ergo ſol luna & ſtelle quæ poſt terram creata ſunt:non erant cauſe coꝝ que ꝓduxit ante.

Aſtro. Hoc argumētū ē efficax:& appens:ſed dico breuiter hic:quia cum de tempore dicet̃:latius hanc materiā de creatione ſumus dicturi:ueꝝ eſt quod ꝓbat argumētū:non.n.poterāt eſſe cauſe ante eaꝝ creationem:ſed non ſequit̃.ergo nunc non ſunt cauſæ:quoniam lux creata ante terram cum firmamento quod cælum dictum eſt:& cum motu qui ſunt cauſa generationis & ꝓductionis:& tunc fuerunt ſimiliter cauſa ꝓductionis & gene rationis terræ: quia dixit.terra erat inanis & uacua uirtutibus ꝓductiuis & generatiuis:& informis:ſed ex motu & lumine & celi uirtutibus formata ꝓduxit uerbo dei:de qua quidem luce facta ſunt luminaria & ſtelle cum uirtute lucis præexiſtētis no